

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 887

**Auteur(s)** : Henri II, Bayeux (évêque)

**Auteur(s)** : Bayeux (chapitre cathédral)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1177, 26 mars

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Henri II, évêque de Bayeux, et son chapitre font savoir que Thomas de Surreain, clerc, a juré en leur présence qu'il ne revendiquait aucun droit sur l'église de Surreain.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° XCVI, t. 1, p. 119-120.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia, et capitulum Baiocense, universis ad quos praesens carta pervenerit, salutem. Ad noticiam omnium volumus pervenire quod Thomas de Surreheim, clericus, sub nostra praesentia, tactis sacrosanctis evangeliiis, juravit se nichil juris unquam in ecclesia de Surrehaim petitorium. Quod ut liquidus (sic) constare possit omnibus, juramenti sui tenorem scripturae mandare curavimus, sicut hic subscribitur: Ego Thomas de Surrehaim, clericus, scio quod Robertus, presbiter de Surrehaim, patruus meus, recognoscit se habere a decano Baiocensi omnes decimas de parrochia ecclesiae de Surrehaim, praeterquam de feodo abbatis de Cerasio, et totum altalgium, praeter decimas de feodo praedicti abbatis ; ita quod abbas de Cerasio non potest instituere clericum in ecclesia illa, utpote in qua nichil juris habet, sed solus decanus Baiocensis, qui solus potest eam ponere sub interdicto et relaxare. Ego autem Thomas juro quod in praedicta ecclesia nichil omnino faciam per quod jus decani Baiocensis in aliquo praedictorum diminuatur, desicut (?) patruus meus recognoscit se habere praedicta a decano. Juro etiam quod contra prohibitionem decani, in ea non celebrando divina, et nichil unquam juris in ea vel in aliquo praedictorum michi vendicabo, nichil decanus Baiocensis in posterum mihi donaverit. Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo septuagesimo septimo, septimo kalendas aprilis, juravit praedictus Thomas, in capella episcopi Baiocensis, quod omnia praedicta secundum praefatum tenorem observaret. Praesentibus : Henrico, Baiocensi episcopo ; Herberto, cantore ; Jordano, decano Sar... ; Roberto de Mestemon ; Jordano, archidiacono ; magistro Rannulfo, cancellario ; Nicholao, priore de Plessitio ; Rogero, capellano de Ver ; Philippo Dentato ; Unfrido Bove, juniore ; Roberto Anglico ; Galfrido de Anfrevilla ; Patricio, presbitero de Berneres ; Ricardo Peill... ; Roberto de Perreis ; Thoma de Behin... ; Ricardo, filio Hamonis ; Ricardo Frigan ; Willelmo Davi ; Radulfo de Renceio (?) ; Henrico de Bolon ; Willelmo de Ponte Ilberti ; magistro Alano ; Thoma Lupo ; Galfrido de Burgo Achardo (?) ; Roberto, capellano episcopi ; Radulfo Boissel ; Radulfo Foius (?) ; Roberto de Surrehaim ; Ansetillo Poinnard (?) ; Picot ; Philippo de Berigneio (?) ; Henrico Papilione, presbytero.